

tā Bullā, sed etiam de nouo cōfirmari. Quia
 q̄ licet prædicta verba non exprimerentur [fir-
 cut neq; expressere reliqui anteriores Pontifi-
 ces] debent semper censerī expressa. Ex his in-
 fert dictus Pater, priuilegiū prædictum Adria-
 ni. 6. nō esse reuocatum, quantum ad forū cōs-
 cientiæ, per Bullam Cœnæ Dñi. Verū ego exis-
 timo, q̄ sicut quam plurima priuilegia conces-
 sa Ordinibus Mendicantibus adhuc manent
 in suo robore & firmitate, quantum ad vtrūq;
 forum, sic etiam & prædictū priuilegiū Adria-
 ni. 6. perdurat in suo robore & firmitate quan-
 tum ad vtrumq; forum, cum non sit reuocatum
 per Breue Cœnæ Dñi: immo magis confirma-
 tum, sicut & ipse Frater Emanuel dixerat: &
 cum sit Cæsareum & Regale, & Regibus His-
 paniarum concessum pro debita harum partiū
 infidelium conuersione, & in fide manutentio-
 ne. Et idem prorsus dicendum est de reliquis
 priuilegiis huic Nouo Orbi concessis, ad in-
 stantiam prædictorum Regum. Videatur Titu-
 lus de Auctoritate Apostolica Dominis Epif-
 copis concessa in fauorem, & Indorum bene-
 ficium, num. 7.

¶ Paulus. 3. anno Dñi. 1545. Pontificatus sui
 anno. 2. concessit, vt Religiosi Confesores So-

cietatis